



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 33. Papæ & Ludovici copiæ in aciem eductæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

exercitui sub Ludovico præerat, consignat. *Sæcul. XV.*
 Peractis omnibus his Ludovicus Andegavensis cum Paulo Ursino die vigesima octava Aprilis ad exercitum pergit, accepta prius Benedictione Papali, quam Joannes omnibus pariter impertiebatur copiis; quibus, cum Legatum Apostolicum adjungere peroptaret, Petrum Hannibaldum de Stephanescis patria Romanum, S. Angeli Cardinalem ab Innocentio VII creatum Legationis hujus honore decoravit, eique amplissimam adjecit potestatem.

§. XXXIII.

Pontificis & Ludovici copiarum in aciem educarum.

Recensebat totus exercitus facile duodecim equitum millia, plurimosque peditum legiones numero & animo præstantissimas, quibus imperabant Duces æque militari virtute, ac belli experientia longe clarissimi. Inter Italos eminuere Paulus ab Ursinis; Jacobus Sfortia exercitus Florentini Præfectus sua ætate animi magnitudine & longa in armis exercitatione omnium facile princeps; Braccius de Montone; Gentilis de Monterano; Comes de Tagliacozza, omnesque illustris domus Sanseverianæ

*A.C. 1411.**Niem. labyr. tract. VI.**c. II.**Niem. vit.**Joan.**XXIII.**lib. 13. c. 22.**Summont.**l. 6.*

Secul. XV. Principes, & nonnulli Neapolitani Ba-
A.C. 1411. rones, qui Ludovici Andegavenfis parti-

bus favebant. Inter Gallos, qui hunc Principem comitabantur, numerandi sunt Ludovicus de Loigny, qui post reditum Franciæ Marescallus creatus fuerat; Guido Lavalus seu de valle Guidonis; Henricus Pinetonus; Petrus Boualius; Bouchagi Toparcha, & Senescallus Augiensis cum pluribus aliis illustribus Viris. Ladislaus ex adverso in confinibus Cajetæ collectis suis quoque copiis ferme eodem tempore castra movit, hosti occursum cum exercitu, qui tredecim millia equitum, peditumque quatuor millia recensebat, non numeratis illis legionibus, quas nonnulli Proceres Andegavenfis partibus adversantes in auxilium adduxerant. His sese adjungebant quædam Cataphractorum centuriæ, quas Gregorius pro suo præsidio haud ita necessarias unacum Cardinale Legato submiserat. Magna utriusque erat pro summa rerum dimicandi aviditas, nec diu aberat desiderata certaminis occasio.

§. XXXIV.

Uterque exercitus Lyri fluvio divisus in occursum venit.

Pogg. l.4.
pag.193.

Jamjam Ladislaus cum suo exercitu hostibus primus occurrere festinabat, cum